



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illvstrivm Virorum Poemata

Cesarini, Virginio

Antverpiae, 1662

Imminente Iam Avtvmno Invitat ad Rvsticandvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-7990

IMMINENTE IAM AUTVMNO

INVITAT AD RVSTICANDVM.

Recitatum in Academiâ Humoristarum.

Pater Quirine, tuq; Mater urbium,
 Strepente semper astuans negotio,
 Diu valete; tuq; lymp̄ha nobilis,
 Vbi erudita Pallas ora proluit,
 Paterq; Phæbus aureum lauit caput.
 Vocant enim beata ruris otia,
 Chorusq; mollis innubarum Oreadum,
 Ioque Bacche, Mœnadum frementium,
 Quibus reclamatione ore Bacchus ebrio
 Caput corymbo amictus, atque pampino
 Decora vinc̄tus implicante cornua;
 Bibamus, eia, tempus, eia Mœnades.
 Eamus ergo. seu vetusta Tiburis
 Iuuat videre tecta, siue Tusculum.
 Sed omnis antè cura acerba pectoris
 Recedat vsque ad ultimam Britanniam,
 Laborq; durus inquietus exulet.
 Amor sit vnus, vna cogitatio,
 Carere amore, cogitationibus.

EMI-